







G. v. Bon


medical

P2

DECEM PROBLEMATA DE PESTE.

PER VICTOREM DE BONAGENTIBVS MEDICVM.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS,
Ex Officina Erasmiana, Vincentij Valgrisij.
M D LVI.

INDEX.

CLARISSIMO SENATORI & Equiti Marino de Caballis,

Victor Bonagens Medicus. S. D.

Cui dono has meas paucarum noctium vigilias?
Marine tibi, nanq; tu solebas
Meas esse aliquid putare nugas.



LICEAT mihi pro tua in omnes humanitate, proq; singulari in me iam inde ab adolescentia beneuolentia, tecum grauissimo viro etiam in re seria liberius iocari, liceat quoque tibi hoc opusculum nuncupare; In quo tum ex recentiorum, tum veterum medicorum libris, de pestilentia, quæ nunc Patauium vrbem, cuius florentissimo gymnasio prefectus es, miserabiliter infestat, excerpta quædam pertractaui. Non enim ingratum id tibi muneris fore arbitratus sum, cum quòd à tui amantissimo proficiscitur, tum quòd laboranti ciuitati, locisq; alijs in posterum laboraturis, profutura non pauca cognosces. Tu igitur libellum læta fronte accipias velim, eumq;, cum ocium dabitur, legas; Nullate-

nus enim uereor, eius lectionem contemptui tibi futuram, quamuis singulare nullum, præsentaneumq; , huic morbo auxilium, siue ad curationem, siue ad præcautionem spectes, cælebrauerim: his dumtaxat tribus, Ocyus, Longius, Serius excæptis. Satis enim tibi tuiq; similibus constare arbitratus sum, in nullo alio morbo, tot inueniri excogitata remedia, Artisq; presidia; nec ullum esse, in quo difficiliora sint iudicia, fallaciora experimenta, occasionesq; magis præcipites: Propterea pro comperto quoque habendum esse, plerosque singularia sua iactātes, nil aliud proficere, nisi ut plures ægrotos perdant, facinorososq; plures, ad alios perdendos, audaciores reddant. Vale, meq; ut soles, ama.

Venetijs Idibus Septemb.
MDLV.

DECEM PROBLEMATA, DE PESTE,

Per Victorem de Bonagentibus, Medicum Venetum.



OSTQVAM dira lues, multos ſimul perimens, per Venetam prouinciam graſſari cœpit, præſertim uero, per hanc Inclytam metropolim, quidam magni nominis medici, inſtanti negocio incumbentes, de grauiſsimo hoc morbi genere, ſcribere aggreſsi ſunt, noua certe non tam inuenientes, quàm ab alijs ſcripta repetẽtes. Horum igitur exemplo, ego quoque obſcurior quidem, ſed ueritatis huiusq; Inclytæ prouinciæ amore pariter affectus, non ab re fore duxi, ſi quædam, ut clarius eluceſcerent, melius conſiderarem, ac problematice pertractarem. Nec propterea illorum furta damnare aut detegere propoſui, Terentianæ enim ſententiæ memor ſum, Nullum eſt iam dictum quod non ſit dictum prius. Præterea iam pridem didici, lucubrationes, hominum facultatibus perſimiles eſſe, quæ, ſi male partæ ſint, màle dilabuntur, ſi autem bene, & ſine aliorum iniuria ſint acquiſitæ, perennitate carere non ſolent.

Incipiam igitur à definitione, quam à Galeno Epid. 1. mutuabor, sic scribente; Pestis, communis est, seu uulgaris morbus, exitialis, cuius causa non uictus, sed cœlum: de cuius curatione consulentes omnes homines, ad deos sæpe referunt; Definitionis partes sic expono. Vulgaris dicitur, id est, plurimos aut certe multos contage sua inuadens, & è regione oppositus dispersis. Exitialis, quod multos simul cito perimat, & per hoc differt à uulgaribus lenibus: Cuius causa cœlum, cœlo enim idest aere intercedente semper fit contagio. Estq; aer communiter omnem pestilentiarum causa. licet enim uicio alimentorum posit quispiam arripi febre maligna uel pestilenti, quam pestem tertij generis nuncupamus; illa tamen nondum pestis est, nisi aere intercedente, & insensibilibus atomis aliũ simili infectione infecerit. idẽ hẽt Hip. lib. de Nat. humana, his uerbis. Morbi fiunt partim à uictu, partim à spiritu, cuius attractione uiuimus. Idem libro de flatibus, licet suspectus sit, Sunt autem febrium duo genera quorum alterum commune omnibus pestis appellatur, alterum ob malam diætam priuatim eis contingit, qui ea utuntur. Sed fusius Galenus in comentarijs Epid. hæc explicauit. Afficitur uero (ut censeo) primo quidem cerebrum: quamuis cætera quoque principalia mox communicent, Ait enim Hipp. lib. de sacro morbo;

Pruden-

„ Prudentiam ac aerẽ omniũ primũ ex hisquę in
„ corpore insunt percipit cerebrum; Tam igitur ob aerem quàm ob cogitationem & consilium capiendum in infortunijs & periculis afficitur cerebrum, Nec aberrant, qui fixam immaginationem inter causas occasionesq́; pestis recipiunt, Licet enim ex se efficax non sit, alijs tamen uel modicis annexa efficit; eiusq́; uires celeberrimi auctores, in alieno etiam corpore admittunt, nedum in proprio.

Videtur etiam (ut ex Fracastorij & Agricolæ scriptis præ cæteris candidis & doctis, colligere possumus) Ordine quodam analogico hoc Genus de suis speciebus prædicari: Primo enim & proprie de peste orta à cæca aeris uniuersalis infectione, putredine per nares, anhelitum, & inuisibilia foramina attracta simul & propagata, omnium maxime contagiosa, quæ ad distans, fomite, & contactu afficit. Secundo de orta ex humorum putredine quam diuturna aeris intemperies manifesta peperit, etiam contagiosa sed minus quàm prima. plus enim fomite & contactu, parum ad distans afficit. Tertio de orta ex humorum putredine, quam uiciosum alimentum effecit, minimum contagiosa, contactu enim & frictione afficit, quandoque fomite, minime eminus, nisi ualde sordida fuerit. Quocirca has ipsas febres pestilentes nonnũquam sine peste incidere asseruit Gal. Raro

uero uiſa eſt in regionibus noſtris peſtis primi generis,ſed forte apud Aegyptios,& Indos,qui bus etiam fermentum peſtium refertur. Inde enim alias prouincias irrepſiſſe, ſæpiſsimeq́; per omnes fere populos debacatam, in chronicis legimus.a me autem nunquam uiſa fuit,ſed plerunque peſtis tertij generis, & quandoque ſecundi,ut annis 1527. 1528. crebrius enim peſtis alibi ortæ,ſeu ex ſordida aliqua putredinc excitatæ fomes & ſeminarium per incautos,aut prauos homines de una regione & ciuitate in aliam apportatur, longe lateq́; ſerpens,ſicut nunc euenit, primum enim graſſata eſt per Hiſtriam,deinde Venetã ciuitatem inuaſit,nunc patauinam uexat. Recidiuas etiam facere cõſueuit,niſi pœnitus extincta fuerint ſeminaria unà cum ſerentibus. ut Florentiæ factum,apud Mattheum Palmerium legimus,nã ab anno 1348. per interualla,uſque ad annũ 1418. frequèntans,multitudinis multa millia in urbe extinxit:& per agros cuncta fere deſerta reliquit: Idq́; quater.

Atque ex his appendix definitionis perſpicua eſt, quòd ſcilicet de curatione ad deos ſæpe
„ referant.Ait enim Hipp.libro de ſacro morbo,
„ Homines uero naturam morborum diuinam
„ eſſe putant præ inexperientia & admiratione,
„ propterea quòd reliquis morbis nulla re ſimi-
„ lis ſit, & per inopiam quidem, quòd non co-
gnoſcunt,

„ gnoſcunt,diuinitas ipſis conſeruatur, per abun
„ dantiam uero & parabilem modum ſanationis
„ exoluuntur: Enimuero tunc ſolemus ad deum
„ confugere,quum humana auxilia ſunt parca,&
„ ut canit pſal.ad dominum cum tribulamur, cla
„ mamus: Sed in proſperis, & quamdiu ſani ſumus morbus concupiſcentiæ inſanit. Idem quoque Hipp. licet nulla re eſſe morbum aliquem alio diuiniorem putet,& 1. prognoſt. per uerbum diuinum,aeris conditionem intelligat,Non tamen aere utitur deo quod Diogeni apolloniati attribuit, M. Cic.ſed mẽtem ex-
„ piationemq́; diuinam,his uerbis admittit,Non
„ tamen ego puto hominis corpus à deo inqui-
„ nari ſordidiſsimum ſcilicet à puriſsimo, uerũ
„ etiam ſi contingat ab alio inquinari, aut quid
„ perpeti,cupierit utique à deo purgari, ac purifi
„ cari magis quàm inquinari. Deus nanque eſt
„ qui maxima ac ſceleratiſsima peccata purgat,
„ & purificat, & liberatio noſtra exiſtit. Quid plus credit perfectus chriſtianus? Quare non poſſum non admirari quendam ſuperioribus diebus,ex Patauino gymnaſio ſcripſiſſe,ueriſimile non eſſe Patauinam peſtem eſſe iram dei, quoniam hoc eſt poeticum & fabuloſum; qui etiam ſibi mire complacens Patauinos ciues indignos putat,qui plectanter hoc morbi genere. Nam ſi conferantur cum alijs, fortaſſe ſanctiores iudicabuntur. Quaſi uero. Cognoue-

rit

rit ipſe mentem Domini,aut fuerit illi à conſi-
lijs,ab eoq́; acceperit cauſam bonorum poſiti-
ue & malorum priuatiue. Ego uero à meis
Theologis didici,quicquid à deo eſt, bonum
æque ac ſalutare ducendum eſſe, quum ex uo-
catis humano more malis bona eliciat, & ſan-
ctos quoque exerceat,atque affligat, uel eã ob
cauſam, ut quum conſolationem in periculis
experiuntur,agnoſcant præſentiam & bonita-
tem dei,& diſcant deum uelle, ne pendeamus à
conſilijs noſtris,ſed ab auxilio eius,qui facit ſu
pra quàm petere, aut intelligere poſsimus:
Quinimmo ſancti etiam & uere pœnitentes di
lexerunt flagella, ut Apoſtoli & Paulus ſæpe;
„ nec non Dauid,ſic orans.Ego ſum qui peccaui,
„ & ego inique ægi iſti qui oues ſunt quid æge-
„ runt? uertatur obſecro furor tuus contra me,
„ & domum patris mei.& miſertus eſt dominus
„ ſuper afflictionem, & ait Angelo percutienti,
„ ſufficit nunc, ceſſauitq́; peſtis. & de his ſatis.
Quidam ut Agricola, In definitione febrilem
morbum peſtem eſſe addunt, quod licet princi
pijs non repugnet,Non tamen omnino probo,
quum Hipp.ante febrem & citra febrem peſtes
admittat,quod etiam Ioan.Bocacius, atque alij
ſcriptores, peſtis anni 1348. confirmant.
Inuadebat enim illa cum ſputo ſanguinis, &
repente,aut ad ſummum triduo interimebat,
citra febrem,ſaltem euidentem. & cum tumo-
ribus

ribus in emunctorijs. & uisu ne dum tactu affi ciebat. Dyssenteriæ quoque pestilentes admittuntur, de quibus in sacris litteris legimus; Fieri enimuero potest, ut tanta sit aeris tamq; uenenosa infectio, ut absque accensione caliditatis naturalis, ut in hieme frigidissima interficiat; & hoc putant quidam, uoluisse Auic. 1. fen quarti canonis cap. de signis feb. pest. uerbis il-
" lis; & ex his quidem febribus &c. quamuis alij aliter exponāt. At si definiamus pestes, quæ plerunque temporibus nostris apparent, hanc additionem non damno. Quod alij cū sæuis symptomatibus & morbis addunt, ego sub uerbo exitialis comprehendi puto, aut si libet uerbū acutum addas: est enim acutus morbus ex Galeni & Archigenis sententia, cui motus uelox & subito pericula adueniunt, quod uerum est tam comparando dispositionem dispositioni,
" quàm accidens accidenti. Nam ut habet Hipp.
" ubi morbus peracutus est, statim extremos ha-
" bet labores; labores autem uel accesfsiones, uel
" simpliciter accidentia omnia appellat; acces-
" siones enim & accidentia omnia in uniuersum
" maxima posfsidet morbus peracutus statim in
" primis diebus, nā statim incidit uigor, qui est
" in morbis summa accidentium uehementia, in
" quo fiūt crises, quæ maiori ex parte ad bonum
" terminantur, nisi sit pestilēs constitutio, in qua
" maiori ex parte ad malū finiūt; Hæc de diffin.

Nunc

1 NVNC problemata proponam, primumq́; an febris aliqua peſtilens ſit hectica, quod recentiores medici ex locis quibuſdam Galeni colligunt: ab Arabicis autem & latinis ſcriptum nõ reperio; quum febres peſtilentes in putridas & diarias ſecent. loca autem Galeni ſunt 3. de prę ſagijs ex pulſu, 10. Methodi, & 1. de differentijs febrium; & ſi uerum fatendum ſit: proprie hecticam intelligẽdo, in qua ex calefacto eſſe cordis & membrorum prouenit calefieri ſpirituũ & humorum, & conſumptio humiditatum ſecundarum. nulla febris peſtilens poteſt dici hectica. Quomodo enim hoc dici poſsit? quum peracuta aut ſaltem acuta ſit omnis peſtis hectica autem temporis diuturnitate alijs febribus ſuccedat, & quomodo ſine materia peſtilens calor, è regione uitæ oppoſitus, poteſt in membris figi? At ſi Galeni ſententiam de phrenitide hectica attigerimus, peſtes etiam hecticas admittemus. Verba autem Galeni aſcribam.

„ Phrenitide igitur ipſa ex bilioſo ſucco generationem habente cum his in cerebrum decubuerit, principio quidem, qualitate nõdum toti cerebri corpori; permiſta confuſaq́; tumultuoſæ fiunt deſipientiæ, procedente uero tempore, ſimile quippiam contrahitur, lanis quæ ab appellatis tinctoribus tincturam accipiunt, nempe & hæ uix eluibiles redduntur, non ſecus quàm quæ proprium ab initio colorem habent, talis

igitur

„ igitur ueluti cerebri tinctura desipientiam he-
„ cticam habet, atque ideo affectio horum ut fe-
„ brium hecticarum praua est. Sic igitur hecticā quoque pestilentem admittere possumus. quā etiam Auicenna forsitan intellexit, citatis uerbis cap. de signis febris pest. Tabificæ etiam pestis, uel febris pestilētis; meminit Hipp. 1. Epi. & eum sequutus Agricola. qui ex ipsius Galeni sententia, putridam pestilentem, ab hectica pestilente, sic distinguit: quòd hectica à calore putrido spiritu in pulmonem ducto, & ex eo à corde attracto, ac toto in cordis corpus lato fiat: putrida autem ad humores qui sunt in cordis uentriculis deflexa, in quos per cauam uenam influunt eos putrefaciat, & accēdat: atque ita ex diaria hecticam gignit, quod per raro euenire crediderim, perraro enim fit hectica statim ab initio aut ex diaria: modus autem à me traditus omnem euitat ambiguitatem.

2 QVONIAM uero, satis euidens est, occasio, & origo, pestis tertij ordinis, ex alimentorum seu
" humorum uicio ad putrescendum paratorum,
" cum tenuem occasionem ad febris originem,
" ex causis prochatarcticis acceperint. & sunt uerba Gal. 1. de differen. feb. euidens quoque est occasio pestis secundi ordinis, scilicet diuturna caliditas & humiditas aeris, aut etiam ut Auicen. placet, flagrantissimus & intollerabilis æstus æstatis, aut frigus hiemis, quæ duo canes

nes etiam in rabiem agunt, horum enim primũ
dissipando, postremum uero extinguendo nati
uum calorem, humores obnoxios relinquit fœ
dis putredinibus, & facile mutabiles in ueneni
naturam: merito etiam euidens occasio seu cau
sa pestis primi ordinis quæritur: de qua quidé
scribentes, modo exalationem putridam, mo-
do putridam qualitatem, modo specificæ aeris
formæ & substantiæ corruptionem, modo spi-
rituales qualitates, aut materiales, modo parti-
culas insensibiles corporeas acres, sed consti-
tutione humidas, quæ euaporant appellant,
quandoque uenenum calidum, aliàs mortife-
ros spiritus, aliàs occultas proprietates, quę
omnia declarant ignotũ per ignotius. Auicen.
aliquando substantiam extraneam complexio-
ni spiritus contrariam aeri permistam uocat,
aliquando putredinem aeris, similem putredi-
ni aquæ, remollientis fœtidæ: quòd certè, mihi
clarius dictum uidetur, est enim pestilens pu-
tredo ualde similis fœtori, licet fœtor non sit,
& à quibusdam fœtidis augetur, debilitatur ue
ro ab odoratis. Vaporosa enim substantia, si be
ne olens iucundaq; sit, natiuis spiritibus fami-
liaris est, qui etiam ex ea regenerari possunt, a-
pud Galenum, & Hipp. apud alios saltem fo-
ueri, præterea pestilentibus uaporibus, natura
sua aduersatur. Si uero graueoleat offendatq;
odoratum, multiplex est; quędam enim pro-
pter

pter acciditatem acrimoniamq́; offendit, atque hæc natura ſua peſtiferis uaporibus repugnat, quamuis ſpiritus non reficiat: quædã uero propter putrilaginem & corruptionem graueolet, atque hæc, cum ſpiritibus admodum ſit inimica, peſtis etiam ſeminaria ob ſimilitudinem fouet, & adauget: quare ocyſsimam perniciẽ portendit, ſi in expiratione ægrotorum obſeruata fuerit: ſine fœtore tamen accidit in aere perniciosa peſtilitas, & propterea aliquando hãc aeris corruptionem proprius mollitiem ſeu laxitatem appellandam duxi; ideſt priuationẽ moderatæ illius ſtipticitatis, quæ humida omnia conſeruat, & in eis natiuum calorem retinet: nam & aqua ipſa quàm primum ea exuitur, iã corrupta eſt, ideo lacunarum aquæ mollisſime ſunt, ut tactu manus abluentes percipimus, ſuccisq́; ſtiptiticis corriguntur: ſicut enim terra omni exuta humiditate herbas, plantasq́; non nutrit, ut albus, purusq́; ſabulo, ſic aqua, & aer omni exuta ſiccitate animalibus pernicioſa ſunt; ſic unium modico alumine conſeruatur, & fructus ſtipticitate deſtituti cito putreſcũt, ut cucumeres melopepones & ſimiles.

Est autem commune, ut dixi, peſtium principiũ aereum, complicanturq́; cauſæ & ſpecies peſtis duæ, & tres in unum annum, & locum, atque coincidunt, crediderimq́; euenire poſſe, ut ſtante aeris conſtitutione bona tam in manife-

ſtis

ſtis qualitatibus quàm in ſubſtantia, quiſpiam repletus prauis uicioſisq́; humoribus, paulatim aut etiam confertim aceruatis, arripiatur febre maligna & ex eius corpore tã multa & ſordida exalet putredo ut aeris proximi & in ueſtibus, pellibus, culcitrisq́; puluinis, & ſimilibus detenti, ſubſtantiam inficiat fomitemq́; in eis relinquat, ſeu ſeminaria, quæ poſtea paulatim ſerpentia, poſsint peſti primi generis occaſionem præbere; ſicuti inhumata quoque cadauera in prelio occiſa; aliaq́; plura à ſcriptoribus obſeruata efficere poſſunt: atque ita fit læſionum circuitus ab aere, ſcilicet ad corpora, & à corporibus ad aerem. Quocirca nam poſſum non damnare, præſides ſalutis ciuitatum, alioqui optime inſtitutarum, qui pauperes miſeroſq́; in febris peſtilentis ſeu malignitatis ſordideq́; putredinis ſuſpitione, anguſtis tugurijs, quos thucidides ſuffocantes uocat, includunt, cum ſumma cibariorum, aliorumq́; ad uitam attinentium inopia, atque ita ueram peſtem gignunt, tribus potiſsimis concurrentibus cauſis, apnoia; uicioſis alimentis, & peſtis immagine. An uero peſtis quæ nunc Patauinam ciuitatem affligit primi generis ſit, ut potius tertij, quæ ſcilicet ex particulari fomite huc & illuc ab homine ad hominem delato gignatur, equidem definire non auſim, inclino tamen in Landi ſententiam; Aeremq́; de more conſtitu-

tionemq́;

tionemq; ſalubrem cenſeo, non tamen aſſentior uere appetente peſtilentibus febribus, obnoxiam eſſe Patauinam ciuitatem, uti olim Roma hemitritæo: Id enim audiui nunquam, licet ab annis. 25.& pluribus, citra. in hac Regione artem exercuerim, & cum exercentibus conuerſatus ſim, ſed potius medicos ipſos malam curationem, ut paulo poſt dicam, peſtilentia, ſeu malignitate excuſare arbitror: quocirca nunc quoque malam curam magis culpo; prȩſertim cum ab unius tantum utinam officioſi & apti hominis ſententia totum pendeat negocium: negare tamen non auſim, quod ſicut lues ſegetum corrumpit quandoque ſegetes unius tantum prouinciæ, ciuitatis, aut opidi, & pagi, immo unius eiuſdemq; pagi regionem unam & non alias, ſic etiam hominibus euenire poſſit, & Patauinis forſitan euenerit: præſertim quum à quibuſdã annis citra factȩ fuerint per Illuſtriſs. dominos quædam fluuiorum ſuſpẽſiones, quȩ fortaſſe uicium, in aliqua parte impreſſerunt: audio enim quoſdam qui nullis cõuerſantur infici, ſed hic quoque fraudes interuenire poſſunt, lucri & malorum miniſtrorum cauſa; quos maxime expediret ſynceros probos, & plures eſſe, quod ni fiat uereor ne tarde liberentur.

3 QVAERITVR etiam quid interſit inter peſtilentem ſeu malignam febrem, & ipſam uere

pestem,quod etiam complures exercuit. Ego uero iam dixi & rursus dicam,tantum interesse quantum interest inter ictum basilisci uel(si de eo cum Galeno dubitemus) catobleponis & aliorum uenenatorum ; estq; commodissima comparatio, quum similis sit utrorũque pariterq; admiranda generatio, ut idẽ Gal. scripsit, quàmuis uenenata non posint tale in secundo gignere,quale in primo fuit: preterquã demor si à cane rabido,qui obuiam factos mordendo simili uicio labefactant. Ictus enimuero uenenatorum,sic distinguntur,quędam enim interficiunt infra tres horas, penetrando ictu oculi corporis porros, & per os oculos & narres ad cerebrum pulmones, & cor: Sicq; basiliscus omne animantium genus, solo uisu,afflatu,& sibilo conficit uiuus, & mortuus solo attactu: cui similis est ictus catobleponis,& ueræ pestis infectio non dissimilis:quædam interimũt ualde tarde,aut nequaquam interimunt,quum nõ habeant uenenum de quo sit curandum, ut mures catti,& similes ; Quædam inter hæc media sunt,quorum uenenum soluta cõtinuitate per uenas & arterias petit cor, attractum & propagatum,corrumpendo & putrefaciendo: atque his similes sunt malignæ febres tum mitiores, tum etiam sęuiores,quę eminus non inficiunt, sed contactu & contractatione tantum ; nisi foedissima & sordidissima sit putredo, ut dixi ; sic enim

enim & ouſo alio qui minime uenenatus cum irritatur uenenum uibrat. Exemplum aliud. peſte affectus ad diſtans ſemina corporea aut ſpiritualia eiaculatur, ut aromata odorem, febre autem peſtilẽti laborans eo modo inficit, quo electrum paleas attrahit, calefactum ſcilicet attritione. Faſcinationes quoque fiũt ſpiritu aut ſpirituali qualitate faſcinãtis per oculos faſcinati ad cor tranſmiſſo. & lipitudines quædam eminus inficiunt, ſi quiſpiam in liporum oculos ſpectauerit: at ſcabies & lepra contactu cõtractationeq; tantum afficiunt. Alia quoque exẽpla à Fracaſtorio habebis; In his. n. qui ſenſibus percipiuntur, effectibus, ſed principia nõ ſatis ſunt euidentia, melius per exẽpla in cauſarum cognitionem manuducimur, ut Gal. quoque ſæpe facit, & de hoc ſatis. Duo. n. ſubeunt problemata, ob quæ maxime moleſtantur medicorum collegia, per prę ſides ciuitatum, & ſalutis ſeruatores. Qui nam ſcilicet, & quę res uenientes à locis infectis alios inficere poſsint; & quibus notis peſte mortui dignoſcantur.

4 HORVM autẽ prius ex Gal. cap. de feb. peſt. » ſoluitur, quòd etiã Auic. in ſua tranſtulit, Nullã » ſ. cauſarum ſine pacientis aptitudine agere poſſe; cum. n. corporum diſpoſitiones diſsimiles ſint ac multiformes, quidam facile alterantur, ac patiuntur, à cauſa in ipſa agente, & operante, quidam inſuperabiles omnino exiſtunt, ac im-

paſsibiles,quidam cum difficultate patiuntur. Poteſt autem hoc multis exemplis patefieri; ſic enim in theatro è mille qui aderũt, quatuor tantum à Solis ardore comburuntur, & à febre arripiuntur,aut fortaſſe unus tantum : & in funibus cannabinis ignis uix accenditur,& accẽſus cito extinguitur,at ſi per tormentarios portio aliqua præparata fuerit,accenditur, & uſq; ad conſumptionem retinetur: Modicum etiam fermenti totam maſſam fermentat,ſi aqua calida dilutum ad minima diuiſum, pinſatum, & in tepido aere iuſto tempore detentum fuerit, alioqui nõ fermẽtat, ſic in ſero primi caſei coaguli ſemina ſeruantur, nec tamen in ſecundarium caſeum coguntur, niſi lento igni modicoq; lactis addito,tamdiu ebullierit donech ad ſummum natarit. Facile igitur fieri poteſt ut quidam inepti impaſsibiles ſeu cum difficultate ſuperabiles, peſtis ſemina in ueſtibus ſeu ipſis poris cutis ſeruent,& incaute,aut ſpõte alios paſsibiles inficiant, atque interimant. Plerunque uero corpora poris natura latis prędita,ſed propter oppillationes anguſtis, cæteris omnibus paſsibiliora reputantur, temperatura quidem aut ætate calida & humida: plurima enim aeris inſpiratione undique indigent, & quod attrahitur diutius retinetur, oppilationibus tranſpirationẽ prohibẽtibus, habentq; qualitates putredini conſentientes: contrarijs

de

de causis habentia poros natura astrictos, sed sine obstructionibus, minus omnibus lędũtur, sunt uero frigida & sicca aut tẽperatura, aut ęta te. Inter hæc media sunt quæ habent poros natura latos & obstructionibus liberos, atque eisdẽ natura angustis obstructisq; prędita: ex his autẽ duobus, pasibiliora postrema censet Petrus de Tussignano, uir apud Bonon. ętate sua cæleberrimus, qui etiã de peste scripsit: De biliosis aut pituitosis corporibus nil determinãs quare nec ego de his determinabo, minus.n. passibilia crediderim ex his, quę antidotis & maxime mero munita fuerint, nã ut est in adagio intus existẽs ꝓhibet extraneũ, sed foris aceto aut alio simili se munire, hostesq; in uisceribus, sti pare, qñq; periculo nõ uacat. Ex inanimatis uero, quęcũq; natura facile putrescunt, facile inficiũtur, & difficulter absoluũtur, sunt uero foraminosa, & lẽta, glutinosaq;: quę ĩputrescibilia sunt, cũ difficultate inqnant, & facile absoluũt, sunt aũt dura et dẽsa et ualide cõmista, ut lapis, ęs, argentũ, aurũ, ferrũ: qn ẽt preciosi lapides, & aurũ, ꝑter opationẽ à forma specifica, & hoc ẽt boni habẽt, qđ imputrescibilia cũ sint, interius sumpta putredini resistũt, idq; frequẽter ex usu est medicis. Primũ uero locũ mea quidẽ senten tia obtinẽt pellicea, uellera, pẽnę, pluma, cottũ, quę cũ inficiunt igne purgãda essent: quo fit ut catti, atq; domestici caniculi qui in his cubitãt

periculosi sint; Postremo loco sunt iam dicta imputrescibilia,eisq; similia, quæ tamen contrahere extrinsecam infectionem tactu afficiētem possunt, ueluti etiam tenuem odorem ut musci & similium,& fumum,fuliginemq; : in quibus sufficere potest si aceto, aut simili acri abluantur, aut suffiantur, seu infundantur. His Aromata annecti possunt, quę euaporant substantiam pesti contrariam, si tamen à locis infectis apportantur,tutius est ea aliquātisper : uentillare,& omni inuolucro exuere:nam si,ut quidam amicus noster auctoritate propria definiuit,ueluti ignis purgans,possent fomitem & seminaria ab inuolucris expellere, possent utique,ut ignis comburere, & ambientem aerem, sine igne à peste ut ignis depurare, quod tamē fieri confidit,aut scripsit nemo: quinimmo audiuimus maleficos quosdam saniem pestiferā aliquando saponi odorato unijsse, uenditasseq; ac utentes infecisse.Inter hęc media multa sunt fomitem conseruantia,ut sericum, linum, cannabis,coria,ligna quędam:pręterea pāni linei, lanei,& sericei,quę si bene uentillentur & diligenter abluantur,Soliq; & aeri pro quadraginta dies exponantur, saluari possunt; si nil interim in ministris nouatum fuerit: & hoc utique dixi quod uiderim anno 1528. ex linteis pestilentibus in aceruo linteorum lixiuio purgatorum,ut fieri solet contractatis, circiter XII ho-

homines diuersæ ętatis,& sexus paucorũ dierũ spacio perijsse; sic sæpe uidi ex paruo linteolo musci odore imbuto totum linteorum aceruũ muscum redoluisse; Porrò tenuiora sunt,mea quidem sentẽtia seminaria pestis quàm musci; & sicut musci ambręq; odor, oleo balanino acuitur, quàmuis id oleum odoratum non sit: sic pestis acuitur,& è mitiori fit sæuior, propter aerem suffocatum, quãuis ipse ex se pestilens non sit.Et quum imposibile sit omnia sygillatim recensere,de alijs per hęc iudicare poteris,inspecta glutinositate,foraminum laxitate,& alijs,quę docte Fracastorius cõsiderauit.
5 Notæ autẽ mortuorum peste, similes sunt notis eorũ qui à uenenatis,ut dixi, demorsi sunt. Quibusdam.n.ut Dios.recensuit,apparet uiror & decoloratio absque tumore, aliis locus attollitur cum duritia pustulosus & ruffescit: alijs ulcus ingens liuidum apparet & depascẽs; aliis nigra uesica diluta sanie turgens exurgit, proximę autem partes liuent,aut denigrantur,aliis carnes,ut in hydrope,maceratę defluunt; Horum igitur quędam uerisimile est in mortuis peste apparere,ueluti etiã haustis uenenis quibusdam apparent: mirum quoque tradunt, ab hęmorhoo ictis, si qua cicatrix non nusquam affuerit frangi,& sanguinem emanare, sic quoque refert Agricola,in peste quosdam sanguinem exsudantes perire; inquit quoque Gal.cũ

„ quis de repente moritur,& corpus, aut liuens,
„ aut nigricans,aut uarium est, aut prę marcore
„ fœdum molestumq; reddit odorem, hunc ue-
„ neno perijsse aiunt,aut sumpto,aut quod è corpore ortum habet: ijdem enim sunt affectus. Hipp.Epid.3.ora aphtis uitiata,& pudenda tuberculis,lipitudines,& carbunculos, affert: & post pauca minutos admodum punctos, cum sacro igne cęleriter depascente,qualem aliquãdo in hac peste in pudendis obseruaui. Gale.3. de præsagijs ex pulsu,os ab herpete depastum, alchola uocant Arabici,assignat.Agricola peculiare signum asserit,liuorem nasi aurium,& unguium fœdiorem quàm in alijs mortuis, quòd fallacissimum est.Quidam addunt capillos cõfestim defluentes si acutissima sit, quod ictis à basilisco euenit,apud Aetium.

At euidentiora comprobataq; in regionibus nostris signa, sunt, constitutio aeris inconstans, mors repentina, carbunculi in aliqua corporis parte,aut bubones in inguine, aut alijs emunctoriis,aut parotides malignæ,quod dixi, ob laxas & decretorias,quæ non sunt exitiales. Horum enim aliqua omnino solent in peste uideri,si non plura,aut omnia. Et sicut morbus hodie depilans,est affinis morbo gallico: sic pesti affines sunt maculæ, & tubercula, seu pustulæ, quas papulas politiores apud Hipp. uertunt,alij exanthemata,Auic.bothor uocat, Græcum

uulgus

uulgus πατικὴ,quod etiam uulgus Venetũ re tinet,nostrates lenticulas appellant: ex quibus nigrę,uiolaceæ,aut liuidę,pessimę sunt. Signũ quoque sed nothum & spurium est,dorsum simile dorso flagellis cęsi,quòd est signum Auic. in pleuritide, cuius hæc sunt uerba. cap.de signis malis. Inquit Hipp. Multoties est sputum bonum,facile,& similiter anhelitus,& sunt illic alia signa mala,mortalia,scilicet, species in qua est dolor ad posteriora, & est quasi sit dorsum patientis eam dorsum uerberati, & est urina eius sanguinea,saniosa,& raro fit beatus, immo moritur inter quartum,& septimum.Locus autem Hipp.aut est primo de ratione uictus in acutis cõ.35. aut potius Auctoris libri de morbis, cuius uerba audire præstabit. Pleuritis ad dorsum intãtum ab alijs differt: Dorsum dolet ueluti ex plaga,& suspirat, & acceruatim respirat,statim autem spuit pauca & corpus delassatur,tertia aut quarta die saniẽ mingit subcruẽtam;moritur autem maxime quinta die,sin minus septima,has si effugerit uixerit.Fieri enimuero potest,ut inflammationes, tumoresq́; pestilentes interiores sint: Admittuntq́; Hippo. pariter & Gal.pestes cum febre ardente, phrenitide,angina,iecorisq́; inflãmatione & pulmonis:quinimmo asserũt quidã exteriores tumores interiores pestilẽtes ĩdicare,idq́; in dissectionibus uisum fuisse; & cõtingit uariolas quoq;

intrin-

intrinſecas fieri in panniculis cerebri, inteſtinis,& gula. In mortuis etiam peſte ſine febre, aut cum febre diaria, nullum fortaſſe ſignum apparebit. Signum enim ab inherẽtibus ſecundum eſſentię rationem, peſtis, eſt alterius inuaſio, ſeu potius multorum ſimul, idq́; ad certam diſtantiã; quę ſola experientia deprehẽduntur.

6 EADEM, & alia ab operationibus & exeũtibus ſumpta, ſunt ſigna peſtis in uiuis, quæ à Gale. 3. de pręſagijs, ex pulſu, & ab alijs habere poteris. De quibus etiã dubitari ſolet, an melius ſit extrinſecos tumores, maculas, ſeu papulas, cito apparere uel tarde: cito uero apparentia modo cętera ſint paria mihi magis probantur, quãuis à principio nunquam fieri criſim niſi perniciosãm, ſcribant Gal. pariter & Auic. Id. n. habet ueritatem in morbis, conſtantibus & boni iudicij, qui magna ex parte recte curati ad bonum terminantur; ſed in peſte quę ſemper eſt pernicioſa & inconſtans minime: ſicuti autem peſsimum eſt, ſi tumores poſt apparitionẽ euaneſcant, & uires reſoluantur: ita optimum & maximum ſi perſiſtant & ſequatur alleuiatio: ſemperq́; deterius eſt eos carere dolore, pruritu, & ſenſatione; proprium enim eſt peſsimorum uenenorum ſenſum membri obtundere, & ſtuporẽ inducere natiuũ calorẽ extinguẽdo.

7 AN maligna febris ſeu peſtis ipſa futura aut inchoans agnoſci poſsit? Certe ſi ſigna ab authori-

thoribus nostris tam ueteribus quàm recentioribus scripta perfecte obseruauerimus; possumus futuram pestem primi generis aut etiã secundi presagari; id tamen diuinum potius ac propheticũ est quàm humanũ: tantoq; magis in peste tertij generis fomite tantũ afficiente, nisi occulta consilia cum prauis hominibus fomitem spargentibus intercesserint; contẽdit.n.
» Gal. 6. de locis affectis, ab exiguo initio auctam
» quandam in corpore dispositionem, quãdo ad
» magnitudinem notatu dignam peruenerit, di-
» scerni posse, quum nunquam ante id tempus
» deprehendi nota aliqua potuerit; in exemplo proponẽs demorsos à canibus rabidis, qui post sex menses deprehenduntur. Alio quoque loco
» ait. Res hęc non aliter quàm plantæ recens è ter
» ra ortę dignoscitur; quas rusticus quidam peri
» tus confestim internoscit, cæteris uero incogni
» tę manent; Agros siquidem herbas germinatio
» ne similes fere conspicimus, quas nos non in-
» ternoscimus, rustici uero periti internouerunt,
» quid. s. herba sit, quid triticũ nuper natũ, quid
» auena, quid lolium: sic in morbis euenit, qui iã
» principium quodam habent generationis, sed
» nondum cogniti propter paruitatem sunt, nisi
» ualde paucis, & expertissimis. Et hoc quamuis extrinseci sint, ut carbunculi & similes; nam ut omittam uoracissimum morbum pestẽ, qui celeri exitu, se prodit, ipsa certe malignitas fe-

febrium ſolummodo circa tempus uigoris detegitur. quando enim materia in febribus acutis,quo ad qualitates manifeſtas, creditur eſſe concocta,& morbi bonitas ſperatur, tũc praua ſigna deteguntur: malignæ.n. puſtulæ, uermes,aliaq; mala apparent,& præter animalis facultatis caſum,qui uigoris tempori peculiaris eſt,uitalis quoque plerunque cadit, atque hoc eſt precipuum malignitatis ſignum, ſi cauſas manifeſtas non habeat.ob id Gal.Sect. 2. apho. ſcripſit.uigoris tempore uirtutem animalem ſemper eſſe maxime fatigatam, quàmuis duæ aliæ fortes perſiſterent,quo loco,Vgo Senenſis addit,tunc etiam materiam maxime malignari;ut poſsimus ex his definire, malignitatẽ nil aliud eſſe quàm contumaciam, ſeu repugnantiam humorum ad concoctionem, ob totam ipſorum malam ſubſtantiam, & uenenoſam, ſenſim in ſanitate generatam,ſeu in ipſo morbo febrili contractam: primum enim horum admittit Galenus citato loco de locis aff. & libro de cibis boni & mali ſucci,uariiſq; paſsim locis:poſtremum uero admittit cap. 4. libri de atra bile,lociſq; aliis:obſeruaui quoque ego id frequenter eueniſſe,ſi in acutis ſynochis & ardentibus febribus,medici maxima auxilia omiſerint,detractionem ſcilicet ſanguinis,& frigidæ potionem,quam confertim oblatam in peſte pariter,& in aliis acutis febribus admittũt.

Au-

Auctores omnes. His enim duobus omiſsis remediis reſoluitur natiuus calor, ſanguinisq́; maſſa exuſtione acrimoniam aſciſcit, & in malam mutatur ſpeciem: quin etiam tabidam febrem propter eaſdem cauſas admittit, idem Galenus, ſolidaq́; ad ualidam ſiccitatem, quam arefactionem Auicenna uocat, perduci. Inquit etiam Hippo. ſecundo de natura hu. corpus quod nunquam refrigeratur citiſsime colliqueſit, quippe quod ex multo calore igneo feruet.

8 QVAERI etiam ſolet, quis ſit primus ſcopus curatricis pariter & pręcautricis in peſte.
» Inquit autem Galenus erat eorum ſumma, ut
» Hippo. oſtendit, putrefactio: quod quum nos
» præuidiſſemus, ſtatim à principio quæcun-
» que corpora humida uidebantur omni uia ex-
» ſiccare conabamur, quæ uero ſicciora in
» his antiquum habitum conſeruabamus: at
» in quibus ſuperfluitates redundabant, hæc
» purgationibus ſanabamus, obſtructiones
» autem aperire, atque abſtergere ſtudeba-
» mus; & poſt pauca ait, una ſiquidem ac
» prima eſt omnibus intentio, quod corpus
» quàm maxime ſuperfluitatibus uacet, atque
» optime ſpiret, ſecundo loco, ut præpotenti
» cauſæ, quo ad eius fieri poteſt, aduerſetur. eadé tranſtulit Aetius & Auicen. quoque cap. de pręſeruatione, & de curatione. Poſſumus igitur ex

his

his hunc aphoriſmum colligere,exſiccãtes poteſtate dietæ omnibus febre peſtilentiali correptis,conueniunt,prçſertim uero humidis:contra quàm ſcriptum ſit aphoriſmo illo. Humidæ dietæ omnibus febricitantibus cõueniunt, prçſertim uero pueris,& alijs ſic aſſuetis refici: quod autem actiuarum qualitatum utrobique nulla fiat mentio, ſpeculatoribus inquirendũ relinquo, illisq; prçſertim ſciolis qui uinũ ex malis punicis expreſſum,& aurantia poma acria,hisq; ſimilia in febribus malignis damnãt. Putant etiam quidam ueteres græcos in peſtilẽtię curatione neque ſanguinis detractione, neque humores purgatione uſos fuiſſe, attamen non propterea ſunt omittenda, nã in alijs quoque acutis & malignis morbis ea omiſerunt, admirationem poſteris relinquentes,ut Gal.in commentarijs Epid. ſæpe. Sed magis certe admiratione dignum eſt quod nec Græci, nec Arabici,de peſtis curatione,quatenus fomite cõtagioq; afficit,nę uerbum protulerint,quinetiã Gal.contagii rem. 1.dũtaxat de diff. feb. cap. 2. paucisſimis uerbis expedit, & latini pro pauca habent; cuius quidem curationis primę intentiones ſunt,ſeparatio infectorum, proba aeris uentillatio,conclauium aut ſaltem lectulorum frequens permutatio,unà cum linteis, & culcitris,præſertim ſi in eis exſudatum fuerit; uel ſi eis tepefactis miniſter ſudorem deterſerit:com

burenda

„ burenda enim aut pœnitus abijcienda ſunt. Ip-
„ ſis quoque laborantibus Gratiæ, ut munda ſint
„ omnia, & grata omnibus ſenſibus ſuis, præ cæ-
„ teris laborantibus. Sed quid primo preter hæc exequendum? inquit Auic. oportet ut incipiatur in ea ad euacuandum, mea uero ſententia, exequenda eſt antidori quod præpotenti cauſe aduerſatur ſubita exibitio, etiã bis aut ter, quã mox ſequatur, aut ſanguinis detractio, ſi aliorũ proportione redundet, & uires cõſtent: aut purgatio alterius humoris in cacochimia redundãtis, antequam extrinſecum quid appareat; ſitq́; ſanguinis detractio imminuens, ut uires in reliquum ſanguinem colligantur, potiuſquàm euacuãs cum periculo reſolutionis uiriũ, quod ſemper imminet; inquit.n. Gal. Quum autem morbi initio medici nonnulli per paucis uenã incidere auderent (neque .n. ab re ab eius generis remedio abſtinebant, quandoquidem prius ægrorum uires reſoluebantur) miſſus quidem ſanguis non adeo probatæ bonitatis ſpectabatur: ſit quoque deriuans potius quàm reuellẽs, ſi quid appariturum ſuſpicemur: quo fit ut Manardum laudem, qui, poſt tumoris apparitionẽ cucurbitula ei appoſita ne retrocedat, & ante apparitionem cucurbitulis in emunctoriis appoſitis, uenam ſecat. Purgantia uero ſint à recẽtioribus in peſte probata, & coneoquentia non antiqua, ſed propria; materiæ.n. peſtilentis cõ-

coctio

coctio est uenenositatis correctio atque hebetatio: quo utique fit ut quibusdam empiricis utrosque scopos in suis electuariis ueniētibus quandoque bene succedat. Quale est hoc, Mastícis ℥ 1. Euphorbij ℥ ß. theriacæ optimę ℥ ß. Spicę nardi ʒ ij. diptami albi. tormentillæ, zedoariæ, carlinę, angelicę, glębę armenię, coral. rub. diagridij. sing. ʒ 1. quæ cōteri possunt redigantur in pollinem, & reliquis uniantur, & addita quantitate Iulep rosacei, quæ sufficiat fiat electuarium. datur quantitate fabæ singulo mane ieiunis, aut alternis diebus, duplū. Libet etiam in medium adducere nō contemnendam, quorundam etiam empiricorum curationem, per sudorem cientia efficacissima & propria statim propinata: quale est quòd ex theriaca, uino odorato, & aqua stillatitia stercoris humani fit, habent enim putrida cum putridis, & fœda cum fœdis consensum. Aut ex theriaca, aqua ardenti, urina pueri, & oleo; quod si uomitionem incitauerit uomitione ipsa proderit, iteratumq́; sudorem proritabit, etiam bis si uires sustinent: de lectulo uero & aliis ut dixi procuretur. Violentissima autem sunt hæc auxilia, sed in robustis & iuuenilibus corporibus admittenda: Nullum enimuero horum à ratiōnalibus Medicis arbitror admitteretur, nisi repressa eorum excedente caliditate, per frigida apozemata, sympos, & iulep, ut saltem in ciborum

rum pręparatione,per eadem intentiora in gradu & copia maiori,quidam uomitiones cuperosa cient,quod non probo, quum uenenum ueneno esse remedium non credam. Probant etiam nonnulli empirici,Realgar in puluerem redactum,& è regione cordis ad præcautionē gestatum; quòd rationales medici absurdū putant, nisi forte scopus sit, ut propter hominis consuetudinem à natura acceptetur, deuincatur,conficiaturq́; uenenum; quòd euenire posse testātur Theophrastus atque Gal. Demiror etiam mirum in modum,audiens quosdā scolasticos materia ad cutim conuersa appositionem attrahentium damnare,eò quòd sit motus naturæ symptomaticus: Nā si his attendamus, nihil unquā faciemus,sed omnia naturæ faciēda dimittemus. Ea .n. quorū crisis fit mouere
» non oportet,minusq́; ea quæ symptomatis ratione expellūtur,apud eos;sed omnino in quauis excretione aliquid agere melius est, naturęq́; manum porrigere,euacuatio.n.per uias naturales,& à nobili ad ignobile transmissio, nō potest dici ex toto symptomatica, ægroq́; in pręceps periculum posito, omnia tētare satius est,ut à principalibus putredinem reuellamus, quum nusquam certi simus an sit in eis confirmata,necne,& an possit reuelli necne; Adducā uero in horum confirmationem, auream Gal. sentētiam,in cō.Epid.quæ non modo in peste,

 sed

ſed in aliis quoque acutis morbis eſt obſeruan
" da; Habet autem Hipp.textus ſic. Alium humo
" rem non eum qui ſe prodit ducere, prodeuntē
" uero exprimere, agere quippiam. Gal.uero ſub
" dit; ex his quæ tum in aphoriſmis tum in lib.
" de hum.didiciſtis conſpicuum eſt, quod ſi no-
" xius excernatur humor moderataq; fuerit eua-
" cuatio, permittendus ille eſt, neque alioqui ul-
" lum ei negocium faceſſendum, ita ubi ea mode
" rata minime ſit, medicum aliquid agere operę-
" precium erit, interdum eius copiam reprimen-
" do, quandoque uero parcam euacuationem in-
" citando. & poſt pauca ſubdit: adiuuanda eſſe
" quæ iudicantur. Quę loca adduxi contra quo-
rundam medentium ſententiã, qui ex 1. Meth.
ad Glauc.pro oraculo obſeruant, uentris pro-
fluuia cum febre, non eſſe iuuanda, etſi nõ ſint
pro multitudinis ratione; nec cohibenda quã-
diu uires conſtant. Sed an uſtio tumorũ & prę-
ſertim carbunculorum ſit admittenda? certe,
extra peſtilentem ſtatum, ſæpe id factum uidi,
& cęlerem inde ſanationem ſubſecutã, inquit
enim Dioſ. uſtio ad uirulentos expeditiſsimũ
eſt auxilium. Sed in peſte cum Agricola, unà cũ
aliis dolorificis id damno. inquit .n. Gal. ſym-
ptoma in perpetuum febris peſtilentis eſt συν-
τηξις, ideſt colliquatio: ſed deliquia quoque
ſunt peſti familiaria.

9 AN terra lemnia, Gleba armenia, ſcordeũ cre-
teníe,

tense,& dictamũ,aliaq́; peregrina, ab antiquis celebrata præstẽt domesticis nostris? equidem si antiquorum miracula,in parte empirica scripta,attẽdamus,ea nostris preferemus: At si experientiæ rerum magistræ innitamur, nostris potius utemur.qualia sunt carlina,quæ est chameleo albus, Angelica,uel Imperatoria, quę est apud quosdam laserpitium,tormẽtilla, tunicũ, calẽdula,pimpinella,stœbe siue scabiosa, oxilapathũ,citri partes. Adducor autẽ in hãc sententiam,seu quod miranda canãt, sed nõ credenda poetæ,seu quod antiqua non satis sint nota, & præsertim Lãdo qui dictami cretẽsis albi radicẽ,alijs præfert, quam nusquam inuenias,nisi forte quis nostrã in cretã deferat: alba .n. pseudo dictamus,sola radice utilis, apud nos nascitur,folijs fraxineis inutilibus, quum cretensis solis foliis ualeat.Scordiũ quoq; tam cretense, q̃ nostrũ à Leoniceno tantis uigilijs quęsitum, parum ualet,experientiaq́; cõpertum est scordeum,seu scorodon Auic.eo efficacius esse, nec ualde peccabit qui alleũ domesticum ei prætulerit, est.n.theriaca rusticorũ.Bolus uero armenius,& lemnia terra,adhuc sub iudice sunt,nec certũ est,an bolus,palidi,rubei, aut lutei coloris sit: Theriacis quoq; Andromachi atq; Metridatis perfectis caremus, siue Gal. siue Auicẽ. descriptiones probemus.Nemo tamen me authore hæc omittat,sed cũ præmeditatione pro

 pinet

pinet certioraq́; deſideret,futurum.n.aliquãdo ſpero,ut ſi noua methodo ſubiecerimus, huicquoq; atrociſsimo morbo efficaciora remedia inueniantur,Nec in uno confidendũ, ut carnifices Nazareti faciunt,quum pro temperaturarũ morbi,& tẽporis,ſymptomatumq́; ratione: uarianda eſſe auxilia,omnibus ſit in confeſſo.

10 Qvo anni tẽpore aptius inuadit graſſaturq́; hæc peſsima lues? Nẽpe quocunq; naturã ſuã nõ ſeruante,et cõtrariã induente, ſeu plurimũ à naturæ modo recedẽte; eſtq́; aphoriſt. ſententia.In conſtãtibus temporibus, cum tempeſtiue tempeſtiua reddũtur,morbi conſtãtes & boni iudicii fiũt,in inconſtãtibus uero inconſtantes & mali iudicii; Præſertim uero ſi caliditas cũ humiditate copioſa ualde pręd ominetur,et cum flatuũ carentia quam ἀπνοίαν uocãt: atq; hoc eſt quod in lib.Epid.inculcãt Hip. & Gal. conſtitutiones ualde pluuias & hauſtrinas recenſentes,primã.ſ.primi, & primã ſecundi, & primam ſectio. tertiæ tertij,ex quibus poſtremæ peſtilentes cenſentur. Conſtantes autem annos & ſalubres citatis locis ſic indicat Gale. Hiems.n.frigiditate & humiditate,æſtas caliditate & ſiccitate præſtat,uer in medio eſt,& licet inclinet ad calidũ & humidũ, id non admodũ fit niſi caliditate & humiditate principiis uitæ cõformi. Auctũnus autẽ ſemp incõſtans, dominatur tamen ſiccũ humido,& frigidũ calido;&

ſi quidem

" ſi quidem in auctũno aquæ deſcendũt, ſpirãtq;
" uenti frigidi,& hiems mediocritatẽ ſeruauerit,
" neq; εὔδιος fuerit,quod quidã tranquillũ, alij
" clemens,tepidum alii interpretãtur, neq; opor
" tuno frigore excedẽs .i. pro tẽporis & climatis
" ratione,et uere aquę euenerint tẽpeſtiuę,et ęſta
" te.i.modicæ,maxime ſub canis ortũ, aliquan-
" tiſper regnãtibus hauſtris, mox ſuccedentibus
" pluuiis,tantis quantas afferunt etheſiæ, uſq; ad
" principiũ auctumni,conſtantẽ,conſuetũ, & ſa-
lubrem,annũ nuncupandũ eſſe,ſatis cõſtat. In
quo quidẽ quãuis pauca ſit euerſio quædã, uer
omniũ ſaniſsimũ: finis autẽ ęſtatis auctũniq;
principiũ eſt peſti aptiſsimũ,& maxime morti
ferũ,quum adhuc excedẽs caliditas perſiſtat,&
excedẽs humiditas ſuperueniat.nec dici poteſt
corpora hoc tẽpore eſſe ſicciora, ob conſum-
ptionẽ humiditatũ à calore ęſtatis,hoc .n. non
ſufficit,quũ alię quoq; uicioſæ ſuperſint: quin
immo aer ob præceſſam caliditatẽ tenuior fa-
ctus,aptior eſt,tã ut recipiat impreſsiones infi-
cientes,q̃ ut permeet corpora: alia quoq; mala
in auctũno cõcurrũt,debilitas.ſ. corporum ob
diſſolutionẽ ſpirituũ,& caloris naturalis,æſta-
te factã,qui etiam ſpiritus ob inęqualitatẽ die-
rũ diſtrahuntur,nunc ad exteriora,nunc ad in-
teriora,accedũt flatus malos uapores deferẽtes,
et fructuũ copia malos humores et ſeroſa excre
mẽta generantiũ,à quibus nemo abſtinere po-
teſt.

test. Quocirca admirãdũ certe fuit sperasse quẽ piam, mense Augusto mutationẽ pestis Patauinę in melius; quũ contrarium pręsagiendũ fuisset, nõ in peste tantũ, sed in aliis quoq; morbis.
„ estq; aphorist. sentẽtia Hipp. & Gal. Qui alio
„ quoq; loco auctumnũ malum omnibus natu-
„ ris ætatibus et regionibus pronũciauit, licet mi
„ nus ex ipsis lędantur calidę & humidę. Sed hiemem quoq; pesti aptã esse, indicãt, hęc Gal. uer
„ ba: cæterũ ipse aquiliã cum peruenissem mox
„ pestis quantũ nunquã antea ingruere cæpit, un
„ de Imperatores statim Romã cum paucis mili-
„ tibus fugere coacti, nos uero cũ multis longo
„ uix tẽporę euasimus, absumptis plerisq; non tã
„ ob pestis uehementiã q̃ quod media hieme ma
„ lum id sęuiret: Sed ut alia omittamus à prauis certe hominibus, lucrũq; ex humano sanguine faciẽtibus, qui pestẽ ex sordidis putredinibus excitãt, fomitemq; huc et illuc spargũt, nullũ anni tẽpus, nullaq; regio tuta esse potest; nisi præsides ciuitatũ in noxios & maleficos animaduerterint; tẽporis .n. successu eo accreuit improbitas, ut nihil nõ audeant homines. quare noua quottidie supplicia inueniẽda: nouiq; inquirendi ueritatẽ modi aggrediẽdi, delatores quoq; immunitate & pręmiis irritãdo. Atque hæc sint satis, si ex Pauli diaconi historia duas pestilẽtias apud priscos uagatas addiderimus.
„ Prior sic habet, eisdem temporibus in liguria

» guria maxima peſtilẽtia exorta eſt,ſubito.n. ap
» parebant quędam ſignacula per domos.hoſtia,
» uaſa,& ueſtimẽta,quæ ſi quis uoluiſſet abluere
» magis,magisq́; apparebãt; poſt annũ uero ex-
» pletũ cæperunt naſci in inguinibus hominũ,&
» aliis delicatioribus locis glãdulę in modũ nu-
» cis,ſeu dactili,quas mox ſubſequebatur febriũ
» intollerabilis ęſtus, ita ut triduo homo extin-
» gueretur,ſi uero triduum trãſijſſet habebat ſpẽ
» uiuẽdi.Poſteriorẽ ſic deſcribit: Solis quoque
» Eclipſis eodẽ pene tẽpore effecta eſt, mox ſub-
» ſecuta eſt peſtis grauiſsima,tribus mẽſibus Iu-
» lio,Auguſto,& Septemb. tãtaq́; fuit multitudo
» morientiũ,ut etiã parẽtes cũ filiis, & fratres cũ
» ſororibus bini per feretra poſiti,apud urbẽ Ro
» mã ad ſepulcra ducerẽtur; Pari etiã modo hęc
» peſtilẽtia per Ticinũ depopulata eſt,ita ut cun-
» ctis ciuibus per iuga montiũ,ſeu per deſerta lo
» ca fugiẽtibus,in foro & plateis ciuitatis, herbę
» & fructices enaſcerẽtur. tuncq́; uiſibiliter mul
» tis apparuit,quòd malus & bonus angelus,qui
» uidebatᷓ uenabulũ manu ſere,quoties uenabulo
» illo oſtiũ cuiuſq; domus percuſsiſſet, tot de ea
» domo die ſequẽti interirẽt.Quòd quidẽ,ut de-
cet chriſtianũ hominẽ,credo:quãuis caro ditet
hanc uicio prauorũ hominũ, eã diſſeminãtiũ,
propagatã fuiſſe,priorem uero uicio aeris.

F I N I S.

ERRATA.

Fol.3. tergo lin. 13. repone, omnium peſtilentiarum] fol.8. lin.22. repone,ſic uinum.] 11. tergo. 8. aeri per] 15. tergo. 22. paucis uerbis] ibidem, perpauca] 16. ter.3. unientibus.]& lin.29.ſyrupos,& iulep,uel.

